

AB
153 377



1562

C. e. 40

Script. lat. recent. in Quarto

2. N. 25

II 2. c. 25

d

4



Joānis Kur mellij Kuremundensis


Ep̄larū moralium liber Almarie p̄ameno
Dollandie oppido compositus.

Famigeratorū aliquot Germanie vi-
rorū ep̄stole non illiterate
cum nonnullis carmi-
nibus.



2.3.81.





Joannis Murnellij Ruremūden-

sis ad Illustrē virū Rodolphum Lāguū canonicū Monasteriensem de liberalibus studijs.

Epistola prima.

I

Ingenuis sōphie studijs cultissime Langi

Corporis et mentis sit tibi vera salus

Cum te nobilitent preclare stemmata gentis

Virtutum superas nobilitate genus

Sit ne tibi pietas : rerumue peritia maior

Judicio res est non dirimenda meo

Primum ab Hesperia comitatus Apolline : musas

Duxisti in patriam docte poeta tuam

Orator quondam summi legatus in edes

Pontificis. magna non sine laude redis

Carmina componis musco tincta lepore

Nemo tibi latio prestat in eloquio

Symbola Pythagore : diui precepta Platonis

Et Senecam dulci cum Cicerone tenes

Queq; pū vates : et Christo digna locuti

Conscripsere sacris : sunt tibi nota : libris

Ambrosij calles : et quos Hieronymus acris

Condidit eloquio : Gregorijq; libros

Sunt Augustini tibi pulchra volumina lecta

Queq; dedit Thomas : que Cyprianus : habes

Argentum : gemmas vulgus miratur : et aurum

Exornant populi vasa polita domos

Fluxa tibi sordent. et que sectantur inertes

A ij

Aedibus est decori bibliotheca tuis
Cum tibi sint ampli reditus veniantque quotannis
Plurima: in abstruso conditur inde nihil
Omnia que redeunt pulchrum depromis in usum
Pauperibusque libens fers pietatis opem
Diligis et doctos: cum sis doctissimus ipse
Artis idem studium iungit amore viros
Quod tibi sum notus: dederis quae plurima crebro
Dona mihi: studiis debeo Pieris
Quam iuvat Noni petisse cacumina montis
Quam vatum numeris inuigilasse iuvat.
Ingenue studium mentem non deserit artis
Non armis rapitur: naufragione perit.
Mitigat hoc mores: imponit frena iuente
Oblectatque senes: nobilitatque viros
Sunt ornamento rebus decorique secundis
Castalides: puram letitiamque ferunt
Aduersis et per fugium et solatia prebent.
Delectantque domi: nec foris impediunt
Pernoctant vna: peregrinanturque camene
Nobiscum: et comites rura nemusque petunt
Exul apud pontum vates Sulmonis alumnus
Diminuit cantu tristia fata suo
Cetera cum magni rapuisset Cesaris ira
In musas potuit iuris habere nihil

Socratis audito: seuas eiectus in vndas.

Ad Rhodium littus forte natauit inops

Cumq; ibi vidisset geometrica schemata: dixit

Sperandum est comites: cernimus artis opus

Sic ait: et recta Rhodias contendit in arces

Ingenio fidens: gymnasiumq; subit

Illic de sophia cum disseruisset abunde

Premia doctrine plurima dona tulit

Verum est presidium preclara scientia vite.

Cui vis fortune nulla nocere potest

Quam nec crudelis carpit vastatio belli.

Non mare: non ventus: nec fera flamma rapit

Commoda cum longo decrescant corporis aevo

Et detrimentum tempore victa ferant

Ars vsu crescit: nec sentit damna senecte

Maturat sophie munera longa dies

Conficeret senio **L**angi clarissime vatun

Et coqueret pectus noxia cura meum

Ut tua discedens istinc iucunda reliqui

Colloquia: 7 frugis verba referta bone

Nimea **P**ierio reuelarem taedia cantu

Arguto fallens tristia corda sono

Sic nec barbaries: nec me vis terret aquarum

Sic procul ex animo sollicitudo fugit

Tutus in hostili musarum munere terra

Uersor: et in patria me reor esse mea
Nescius exilij sapiens est ciuis vbiq̃.

Quaelibet est docto patria terra viro,

Ad Joannem Aedicolium Colo-
niensem de Vulgi stultitia hominem ex vestitu iudicatis

Epistola secunda.

St bene: nam valeo caelesti munere sanus
Si bene Joannes dulcis amice vales
Unum me male habet: q̃ nobilioze relicta.
Veste ob iter longum deterioze tegor
Hinc sum despectus plebi: quae iudicat omneis
De tunice pretio et conditione viros
Si quis conspicuo incedit vestitus amictu
Nomen honorificum si comitatus habet
Quamuis ignoret tria dicere verba latine
Aleo: mancipium ventris $\alpha\mu\omicron\nu\tau\omicron\sigma$: iners.
Suspicitur vulgo: longe doctissimus vnus
Creditur: et primum captat vbiq̃ locum
Qui vigili studijs operatus mente **M**inerue
Pluris quam vestes dulce poema facit
Darij opibus preclara volumina presert
Congerit et sibi quos perlegat vsq̃ libros
Hunc stolidum vulgus nullo dignatur honore
Quod crassis oculis non nisi crassa videt
Quater 7 decies foelicia secula quondam

Cum fuit in pretio **P**allas ubiq; suo
Hec sophie titulis exultat inanibus etas
Dives honoratur: sit licet arte rudis
Ingenui pretio studij venduntur honores
Prostat: et ars questum pro meretrice facit
Ille salutatur doctor: noster ve magister.
Scribere nec latium nouit epistolium
Nec: quamuis toto turgescat pectore: versus
Legittimum digitis callet et aure sonum
Non quid significet trivialis dictio doctor
Quamuis parum sine re pulchra sit illa: tenet
Venditat hic medicam preciosus vestibus artem
Et digitis aurum sardonychemq; gerit
Permittitq; sibi multos impune veneno
Perdere: dum magnas querit auarus opes.
Est qui **P**hoebeca redimitus tempora lauro
Phocaicum iactat se redolere nemus.
Castalio potum se predicat esse liquore
Precq; suis parui carmina pulchra facit
At nec doctrina florens: nec diuite vena
Compilat melicos absq; pudore libros
Audet se cornix alienis vendere plumis
Et risum fortis expoliata mouet
Vir prudens titulis alienis abstinet equa
Mente: nec applausum gloriolamue petit
Judicium vulgi contemnit inane: magisq;.

Quam credi: sapiens et bonus esse cupit
Saepe latet sub palliolo sapientia trito
Saepe subest tyrie mens scelerata togae
Ad Hermannū Guernam Monasteriensis ecclesie diaconum de studiorum liberaliū fine.

Epistola tertia.

Quod studijs operam nauas dulcissime Guerna
Ingenuis: animum laudo proboq; tuum
Nunc legis historias: nunc culta poemata vatum
Nunc Augustini Gregorijue libros
Te quoq; nobilius capiunt inscripta sepulchris
Est Rome quorum copia visa tibi
Maiores vt ex varijs lingue plerumq; voluptas
Conditisq; noua prouenit arte cibis
Sed coaceruati stomacho ventriq; sapes
Pestiferi: morbos perniciemq; ferunt
Sic variata iuuat nos lectio: certa q; prodest
Ad finem tendens ordinis arte suum
Dicitur est sincerus diuini cultus amoris
Quo sine nil prodest inuigilare libris
Foelix: qui versans diuina volumina: sacras
Conuertit voces in pietatis opus.
Quo mihi Democriti physicen: numerūq; Platonis?
Mercurij cantum. Pythagoreeq; salem?
Si preclara sciens nolim virtutibus vti
Si meliora videns deteriora sequar

Qui solis ductus curis permulta sciendi
Dat studijs operam : tempus inane terit
Cuius agit studium lucri vesana cupido
Prostituit sopheriam seruus auaritie
Cuilibet externis famam diffandere terris
Arte suam : vano laudis amore tumet
Quid nunc Meonide celeberrima gloria confert :
Nomen Aristotelem nunc quid inane iuuat :
Desipiunt homines fame dulcedine capti
Instituunt vitam nec ratione suam.
Quem iuuat eterne complecti gaudia pacis
Militet in terris mente manuq; deo
Discat que possint animo conferre salutem
Doctrinaq; sua vulgus in astra vocet.

Ad Cōsultissimū senatū Almaricē

ensem de puerorum institutione.

Epistola quarta.

Spectati proceres populi : patrieq; parentes
Saluate : et verum semper amate bonum
Quam sapitis recte : q; publica cominoda totis
Queritis in medium viribus ingenij
Ut natis patres : sic ciuibus omnibus vna
Consulitis belle : negligitisq; nihil
Hi tenues : hi sunt mediocres : dulcibus illi
Diuitijs florent : quos locus vnus habet
Quorum partem alijs ita non presertis : vt ille

Citra ius sperete tristia damna ferant.
Hoc tractanda modo populares : hac decet arte.
Lucis ad empyree carpere limen iter
Nec parui est meriti bene rem curare scholarum
Artibus ut pueri iustitieque vacent.
Annua delectis stypendia danda magistris
Pallados ut crescant constituistis : opes.
Plurimum enim refert : tenero quos audiat eno
Grammaticos . **P**hoebi qui petit antra puer
Deteriora rudi facile est inolescere menti
Quod semel infedit : radere difficile est
Murice in antiquum reuocet quis tincta colorem
Vellera : quis scaphium purget odore malo :
Testa diu resipit : quo primum imbuta : saporem
Et semel accepto spirat odore diu
Inspicit aduersum **P**hoebi . **J**ouis armiger orbem
Inuolucres pullos edocet idque suos
Educat inuento serpente ciconia foetum
Hic eadem volucer fert alimenta libens
Quid valeat : docuit nos : consuetudo **L**ycurgus
Quem **L**acedemonij pertimuerunt viri
Enutrunt geminos ab eadem matre catellos
Hunc vepres : illum laeta popina tulit
Ad populi ductus spectacula vterque : fugacem
Alter adit leporem : mollior ossa petit
Artes usus alit : facit experientia doctos
Otia desidia non comitatur bonos

Si quis amat laudem: ventri dominetur: oportet

Pigritiam pellat: luxuriamque fuget

Abstineat furtis: vitet mendacia: nulli

Vim faciat: musis inuigiletque sacris

Cum sint fluxa nimis nostrarum cetera rerum

Ingenij solum permanet usque bonum

Ad **J**oannē **H**agemannū **M**ona-

Steriensē **D**e vite humane breuitate.

Epistola quinta.

Quam breue **J**oannes miseris mortalibus eum?
Quam rapido cursu tempora nostra fluunt

Secula cornices et cerui plurima viuunt

Plura sacer **P**hoebo secula coruus agit

Indica coruinos viuendo preterit annos

Semine de proprio que reparatur auis

Fertur **D**amadryadum longissima vita dearum

Nostra sed heu nimium vita caduca fugit

Bulla est omnis homo: que nunc inflata tumescit

Mox perit: et nullam nouit habere moram

Nascendo morimur: que vitam contulit hora

Hec eadem carpit diminuitque datam

Corpora labuntur varijs obnoxia morbis

Res est forma fugax: flos iuuenilis abit

Diuitie pereunt: vapor est et gloria fumus

Stemmata nil prosunt: nil generosa domus

Omnia mors abolet virtutem preter et artem

Mens immortalis sola perire nequit

Hanc sopsbie studijs: hanc expoliamus amore
Diuino: nihil vt fata nocere queant
Non metuit mortem, vitam qui viuut honestam
Dissoluiq; dei captus amore cupit
Qui meditando bonas artem bene collocat horas
Naud poterit vite de breuitate queri
Temporis est nobis: si recte vtamur: abunde
Nec male uiuentem secula longa iuuant

Ad **H**ermanuū **T**orretinuū de uirtute.

Epistola sexta.

De saluere iubent nostris **H**ermanne camene
Communes studijs ex **H**elicone dee
Quas dum mirifico pulchras sectaris amore
Incumbens summa sedulitate libris
Non animum fallax potis est reuocare voluptas
Nec durus cogit uertere terga labor
Ardua uirtutis domus est in vertice celsi
Montis iter reddunt aspera saxa graue
Ducit ad **A**onias arctissima semita nymphas
Nec leuis e terra callis in astra datur
Limen apud primum labor est: sudore paratur
Introitus: sensim leuigat usus iter
Gaudia consequitur: quicumq; cacumina tangit
Corq; suum liquido nectare letus alit
In graphice picto uirtus sedet aurca templo
Duraq; candenti brachia veste tegit

Que si corporeo visu detecta pateret
Protinus alliceret pectus amore sui
Est etenim decoris membris, ea gratia forme
Hac vna vt possit pulchrius esse nihil
Eius ad aspectum sordescunt aurea vasa
Quasq; rubro conchas littoze legit Arabs
Nec iam candet ebur: Tyrū nec muricis ardent
Splendida ab Herculeo dona reperta cane
Fulgori sophie nec Luna: nec almus Apollo
Audet splendores equiparare suos
Foelices nimium quibus est sapientia cordi
Quos solido virtus ducit amore sui

Infoelix vulgus baccas miratur et ostrum
Queq; iacent tetro sordidiora luto
Ad Antonium Tunicium Mona-
steriensem de vitanda ebrietate.

Epistola septima.

Perplacet Antoni nobis tua sobria vita
Qui refugis vinum. Castaliamq; bibis
Non iuuat in multam te compotatio noctem
Nec siccare mero cymbia plena libet
Absq; modo non ad mensuram cantharon hauris
Hinc te non merito nemo sodalis amat
Immodicus sophiam de mergens Bacchus obumbrat
Vim modice sumptus suscitatur ingenij
Nubibus obducit pressam temulentia mentem
Detegit arcanum: stultitiamq; parit

B i

Corporis eneruat vires : morbisq; fatigat
Cogit 7 ante suum fata venire diem
Rem nimium carpens exenterat ere crumenam
Infameis homines ridiculosq; facit
Symbola qui confert indulgens omnia ventri
Consumetur : inops luxuriosus erit
Regre membra teget sua dormitatio pannis
Nec cessatorem condecorabit honor
Non inter pingueis tutum est habitare popinas
Ganea non hominem laudibus vncta beant
Corumpunt mores prauis plerumq; sodales
Desidiam luxus symposiumq; parit
Assyrium quem non puduit muliebria regem
Inter scortorum ducere fila greges
Luxuria quondam toti notissimus orbi
Amisit gentis maxima regna sue
Sobria dum mansit : protecta est Ilios armis
Militibus plenum pota recepit equum
Annibalem belli fulmen. Romeq; flagellum
Campani domuit vis inimica meri
Quem nec Romulide duri vicere : nec Alpes
Albanum molli vicit odore forum
Seplasiae robur fomenta virile tulerunt
Ensibus inuicto frigoribusq; viro
Ad **J**acobum **F**abriū **D**auētrien-
sem **D**e grecarum litterarum laudibus.

Epistola octava.

Prudenter studijs iunxisti greca latins
Illustris patrie lux **J**acobe tue
Graia Syracusij preclara poemata vatis
Ascreeq; senis **M**oeonideq; tenes
Sunt tibi **P**hocylidis: **S**amij sunt aurea nota
Carmina **P**ythagore **D**ioegenisq; libri
Grammaticen nouit sine greca nemo latinam
Ex **G**raijs ortum **R**omula lingua tenet
Qui grece nescit. corrumpit nomina rerum.
Nec recte profert. nec bene signat ea.
Qui studet historiam nature noscere **P**lini
Greca legat. grecis nocte dieq; vacet.
Quisquis amat studio diuina volumina nosse
Assuescat **G**raijs inuigilare libris
Non sine grecorum linguis **H**ieronimus vllt
Notus erit: **G**elli **M**acrobijue libri
Scripta **S**euertini. **L**actantiq; et **C**iceronis.
Qui grece nescit. plurima nemo capit.
Rhetoricen quisquis vult discere: discito grece.
Excolat hoc studium. quem medicina capit
Scire mathematicas nulli conceditur artes
Ni **G**raie lingue codicibusq; vacet
Euclides grecus: **P**lato grecus **A**ristotelesq;
Plutarchus. **X**enophon. **M**alchus et **H**ippocrates
Artica diuinas coluit sapientia musas.

Bij

Ex grato sophie flumina fonte fluunt
Indoctum valeat: quod cum sit vulgus
Dissimiles alios non cupit esse sui
Nycticorax visu solis non sustinet orbem
Hunc quoque non aquilam cernere posse putat
Quod linguam pectusque polis: tibi gloria surgit
Desidiosa gulam cetera turba colit
Ad Iosephum Horleium Ser-
genentem de duplici otio.

Epistola nona.

Otia quod sequeris sophie spectate magister
Non possum laudes non celebrare tuas
Hec etenim culto dignissima carmine semper
Exuperant versus pauperis ingenij
Mente vacare libris res iucundissima longe
Tranquilla. et curas deposuisse graues
Mens secunda quidem iugis conuiuia mense
Ceu tumidum feruent impia corda fretum
Composite mentis recte rationis ab usu
Persincera nihil gaudia fellis habent
Pax alit hanc: a qua procul est exacta voluptas
Spes. dolor. atque metus. Pallas et alma fouet
Non animi duplices possunt admittere curas
Negligit: ethereus quem iuuat orbis: humum
Quem capiunt muse: nimium contemnit Iacchum
Non Veneris studio: non vacat ille gula
Vulgares strepitus turbas. et compita vitat

MONTIONꝰ colit : frondiferumꝰ nemus
Uatibus antra placent. est cordi sylua camenti
Auia **P**iecridum sunt loca grata choro
O bene foelices : o terꝰ quaterꝰ beati
Quos melicis ducunt otia docta lyris
At nimis ignauū: quos mollis inertia uite
Detinet : et luxat desidiosa quies
Te tibi cessator : cui mortua vita videnti
Quem modo viuente[m] tetra sepulchra premunt
Ingenuis studijs inculta vacatio mentis
Sordet : et hinc scelerum pullulat omne genus
Fontibus ex sophie manans speculatio veri
Est longe dulci dulcior ambrosia
De grauib[us] terre veniens secordia vinculis
Tetrior est tetro gramine **S**ardine
Ad **B**itterū **H**engheveldiū **S**uol-
lensem. quod omnibus sit moriendum.

Epistola decima.

Docte tuum quoties nomen **B**ittere recordor
Mortis amarities pectora nostra subit
Mors animum soluens a corpore tristis : amara
Terribilis : valida soluit in orbe manu
Hec precibus nullis : non exorabilis auro
Muneribus nescit blandicijsue capi.
Nec refugit vulgi sordes : nec sceptrā veretur
Regum : magnorum non timet arma ducum
Scipio preclare quondam **C**arthagini[is] horroz

B 14

Ac famulus. terre non secus ossa dedit.
Unus terrarum cui non suffecerat orbis
Mortuus in parua mox requieuit humo
Alcides monstris terras purgauit: at vni
Succubuit morti cetera qui domuit.
Haud superest veneris pulcherimus vngvine nauta
Nirea nec vinum forma decora tenet.
Hectora non clypeus: non vis defendit **A**chillem
Mortis ab incurfu terificaq; manu
Omne genus rerum diuinus nouit **H**omerus
Grandiloquo geminum carmine scripsit opus
Sed vim fatorum malis superare nequiuit
Mortuus est **S**ocrates: mortuus estq; **P**lato
Ut vernos flores violentus decutit auster
Sic mors viuendum subruit omne genus
Aetati nulli: nulli quoq; parcit honori
Infanteis: pueros. hec rapit: atq; senes
Haud discrimen habet sexus: et corda viroꝝ
Interimit pariter foemineumq; genus
Opprimit et miseros homines plerumq; repente
Quando et vbi nemo sit moriturus: habet
In loculo **P**harius fert lignea funera circum
Conuiuas leti quum meminisse iubet
Pota inquit: genioq; vaca: non inmemor olim
Te fore: nunc qualem conspicias effigiem
Qui sapit: assidue mortem meditatur. et horam

Cogitat extremam semper adesse sibi
Uive pie : longumq; vale **B**ittere suavis.
Murmelli nec sis immemor vsq; tui
Remponemq; meo **T**orrentinumq; saluta
Nomine : prestantes carminis arte viros
Qui studijs animos elimaure **M**inerue
Qui tecum iuvenes optima queq; docent.
Saluus **J**oannes mystes **M**eppensis : et alter
Suollicus **A**lbertus sit moderante deo
Hic **A**cademia mecum est operatus in vna
Ingenuis studijs : iunctus amore pio
Doctus et **H**enricus : quem protulit **A**lmelo terra
Accipiat verbis nuntia leta meis
Cui bene nascenti bonus aspirauit **A**pollo
Mercurius : **C**harites : **P**ieridumq; chorus
Subdoctor ludo quem clara **N**eomagus isti
Misit ⁊ hic nostro nomine saluus eat
Non **O**tmersenio tibi sit graue ferre salutem
Et reliquis : phoebo quos vigilare iuuat

Libri epistolarum **J**oannis
Murmelli **F**inis.

Sequunt famigeratorum aliquot
Germanie virorum epistole
non illiterate.

Joannes Hurmellius Kuremū-
densis Joanni Aedicollio suo Salutem.

Constituenti mihi Joannes suauissime morales decem
epistolas primis his diebus carmine qualicunq; com-
positas edere visum est adiuuanda pro virili studiosorū
studia eis addere aliquot doctorū hoīm epistolas bone frugis nō
inanes. Cū em̄ cōplusculos iam annos hūanitati (vt optie nosti)
me totū māciparim. quadringene. 7 eo amplius a plerisq; viris
eruditissimis (in quorū nūero et tu quoq; 7 Seruatius frater tu^s
estis) ex diuersis longe terris ad me date sunt litere: et quotidie
super cōmunibus studijs etiam nū alie missitant. Nec nos paucio-
res scripsimus: sed cōsueti quicquid in buccam (vt aiūt) venit: ef-
fundere p̄ter admodū paucas: nulla earū nobis exēplaria reserua-
uimus: morē gerere amicis cōtenti 7 nihil de publicādis aliqñ epī-
stolis tū cogitātes. Nūc autē publice vtilitatis ergo meas sane quā
paucas: alioꝝ non om̄eis: neq; exq̄sitissimas: sed eas dumtaxat: q̄
hic mihi in promptu sunt (nam cetera adhuc in vrbe Monasteri-
ensi vñ superiori q̄diagesima huc trāsmigraui: vna cū longema-
iori librorū meo: n̄ parte delitescūt) in lucē emittere decreui: quā
editionē tibi nūcupatim dedico hūanissime Aedicolli: vt veteri
amico: et non mei modo nois: sed oīm philosophie studiosorum
amātissimo. Vale: 7 Bartholomeū Coloniēsem Jacobūq; Fa-
brū viros om̄i doctrinarū gñe p̄stāteis meo nomine cōsaluta. Va-
le iterū et salue. Ex Alcmaria celebri 7 amenissimo Dollādie opī-
do Anno a natali Christiano supra millesimū et quingētesimū de-
cimo tertio. Nonis Julij.

Rodolphus Langius Joāni Mur

mellio **S**alutem plurimā dicit.

In phalaecio illo hendecasyllabo **S**euerini Boetij (quē enarrandū auditoribus tuis suscepisti) **Q**uisquis composito serenus aeno. **F**atum sub pedibus egit superbū tu probe ut versus constet: p egit dedit supposuisti **I**n versu aut illo **V**ersum funditus exagitātis aestum: pro exagitātis excitātis legēdū sentio. alioqui enim nequaquā absq̄ faeda barbarie **H**us incedit. **I**ta magnū et doctū virū: qui hactenus in trivio multis in locis membrisq̄ a barbaris est enarratoribus sauciat⁹: ut sanef curemus **M**eritus est em̄ autor optim⁹ ut a studiosis ⁊ bonarum artium sectatoribus integritati sue restituat⁹: et incolumis uiuat et legat⁹ **E**x meis aedibus ocissime vergente in noctē die. **M. d. i. Idibus Julij.**

Rodolphus Langius Joāni Mur

mellij. **S**alutem plurimā dicit.

Subeamus quaeso iustū sanctūq̄ laborem mi docte Joannes: ut **S**euerinū Boetiū nostrū misere cōuulneratū curemus tandē: sanemusq̄ plagas: quas barbara man⁹ indoctorū p̄ceptorū sancto inflixit viro. **M**irū in hoc phalaecio ter iclytū virū foede laceratū: de altero postea videbim⁹ (nā bis hoc versus gñe vsus est) p̄mū tu docte emēdasti: secūdū ego ut curarē vuln⁹ studui **T**ertū restitutū nūc accipe. **Q**uid t̄m miseri faeuos tyrānos. **N**ō memini in phalaecijs plurimū me etiā occupatū et lcōne simul ⁊ editiōe: vnq̄ spōdeū p trocheo positū inue-

C. i.

nire quia (vt Augustinus noster docet in musicis) tpm pportio
in huiuscemodi versibus examissim seruāda est : qđ spondeus .p
trocheo positus non pstat : sed incōcinne supabundat **Legēdum**
igitur 7 a **Boetio** scriptū arbitror : non saeuos : sed feros vt currat
versus **Quid** tantum miseri feros tyrannos quū ferus non min⁹
truculētiae exprimat : quā saeuus : vt apud **Maronem** : quū sacer
dos in cōuitia deorum ruit. **Iouem** ipsum ferum appellet dicens.
Ferus omnia **Iuppiter** **Argos** **Trāstulit** : et caetera. **Haec** mi **Jo**
annes tumultuario ad te scripta p humane legas precor : 7 ab am
bitiosissimis ad me scribens 7 verbis 7 sententijs p precor abstine.
Non sum is : qui tanta mihi arrogare velim pessimus est em (vt
meus ait **Hieronimus**) preceptor presumptio. **Scio** te prestan
tissimum hoīem non assentandi mihi anō hec tribuere : s; amore
lapsum cecutiente valde rerum iudice. **Vale** ex meis edibus xvij
kalendas **Augusti** . **M. d. i.** cōcitatisime post cenam.

Joānes Bugenhagenus sacerdos
Christi **Ludimagister** **Treptonij** **Pomerianiae** oppido **Joanni**
Murmellio et poeticam 7 oratoriam artem **Monasterij** publice
proficienti salu. plurimam.

Q **Escio** **Murmelli** vir doctissime : quid tam mirae in se
habeant scientia atq; virtus speciositatis : vt homines :
etiam illos quos nunquā vidimus : propter has maxi
me diligamus. **Excitat** em animos forma honestatis audita (que
vt **Platonem** dixisse **Cicero** scribit) si oculis cerneretur corpora
libus mirabiles excitaret amores sapientie. **Scientia** vero quan
tum trahat in doctorū dilectionē : est ex epistola diui **Hieronimi** :
quam biblijs preponunt : notissimum. **Hinc** ego ex quo primum

tua viderim scripta elegatissima quidem atq; tersissima: et in carmine: et in soluta oratione: non potui non laudare virum: admirari ingenium: atq; quanquam non satis: extollere. **G**ausus sum sicut quidam philosophus ex antiquis: me eo vivere tempo: e: q; et ipsa germaniae adolescentia doctis gauderet atq; latissimis preceptoribus. **Q**ui enim tua scripta legit: ni male instar nycticozaccis ad tam clari solis lumen caecutiat. intelliget plane te casta et laziali lingua loquentem et nihilominus lyra apollinis instructum: dulcia et eadem pia (vt Christi famulum decet) resonantem carmina quae duo quantum in te valerent: non video: nisi esses etiam philosophus acutissimus: quem et te esse confitear necesse est. **N**ec detantis a deo perceptis beneficijs te ingratum exhibes: quippe qui lucernam tanto fulgore radiantem non sub modio: sed supra candelabrum ponis: vt luceat omnibus: non solum tuis discipulis: sed etiam alienis. dum et discipulos sana instruis doctrina ac viuendi praeceptis: et nos quauis longe positos tuis lucubrationibus non parum adiuuas. **H**ec est ordinatissima diuinae pietatis dispositio: vt quod non habeo in me: vel in alijs quibus deus dedit me gaudeam inuenire. **D**ices: quis hic? quorsum haec aduulatio? **N**on sum o **M**urmelli **G**nato: omnia ex animi sententia locutum putabis: modo scias quid fecerim. **M**isi tibi fratrem meum nomine **G**herardum: cum iam fuisset aliquot tempora meus hypodidasculus: quem reuertente multo scientiarum foenore abs te ditatum recepi. **V**idi tunc aliqua a te congesta opera: multa vero aliorum et poetarum et oratorum interpretata: quibus non inuidi: vt assolent quidam scioli: sed quae placuerunt adeo: vt et ego manu mea (quam multis implicat)

E ij

Geraldini aeglogas cum tua interpretatione non scripserim modo: sed et scholasticis meis discipulis dictas exposuerim. **D**etestatus posthac longas quas dicunt continuationes: quas facimus: et male quodam explanandis auctoribus: in eam tandem veni sentiam: nihil esse abs te: vel scriptum: vel interpretatum: quod non summopere amplectar: nihil preceptum persuasum: quod non sequar: aut vel sequendum alios hortando praedicem. **H**ec de fratre. **H**abes et nunc Joannem unius mecum cognomine patruelem meum per dilectum: cuius socii **A**ndreas. **J**oachim. et **D**avid mei fuerunt discipuli: quos ut relicto magistro: quem **C**hrysopoli habuere: te adirent: doctioresque euaderent: quas monuerit: ipsi dicant. **E**go praeterea (quod admodum rari faciunt) quos adhuc habeo discipulos: hortari soleo: cum vel opuscula: vel commentaria tua eis lego: aut interpreto: ut te tandem vident. **S**ed queris vnum haec habeam: **A**liqua ad nos bibliopolarum cura veniunt. accepi multa a fratre: plurima autem a **G**eorgio hypodidasculo meo quem duos semis annos docuisti. **H**ortatu meo moti complures **M**onasterium tui gratia peterent: si non inopia rerum esset impedimento. **S**ed haec hactenus. **C**aeterum te rogo et obsecro vehementer duo **L**actantij de officio dei dicta mihi clausa referare velis. **U**num capite decimo **U**t sicut in ipso mundo summa rerum: vel de simplici duplex vel de duplici simplex: et gubernat: et continet totum: et cetera. **Q**uid sibi vult summa rerum vel de simplici duplex: vel de duplici simplex **A**lterum capite undecimo. **Q**uod cum acciderit: auditum quod obstrui necesse est: ut quia vocem emittere non potest: nec amittere quidem possit. **N**on sane dispicio: quomodo ex illo linguae impedimento etiam auditus obstruatur. **Q**uod vero sequitur. **U**t quia vocem et cetera: timeo

aliquid esse corruptū: tu cognosces melius. Quae cum scripseris
si vacabit: si non grauat labor: rogo etiā scribas q̄ theologi huius
tēpestatis quoz fortasse nec dū noīa nouerim: cōparādi sint max
ime Hieronymo: Ambrosio: Augustino Lactātio: 7 id genus cae
teris. Nam Albertū Bonauenturā in sententias: 7 similes: 7 si do
ctissimi sint: nec legere possum: ne dū intelligere. Uidi nup cuius
dam in sententias scripta: qui inter caetera: pie de immaculata
reginae caeli conceptione: sed inepte disputans: soluebat quod
scriptum est. Nemo est qui mundus: vel qui non peccat: aut simi
le: dicens. Dicitum hoc non tangit diuam virginem: nam ipsa nō
fuit: qui: sed fuit quae.

Quis hic non soluatur in risum? Sententia est profecto rideri di
gna Et quia de immaculata conceptione mentionē fecimus: opti
mum factu erit: si hac de re carmina composueris ad effugandos
atq; confundendos quosdam rabulas: quos cum deus odio pro
sequatur: ut facta probant: et mūdus ipse totus fere pugnet hos
contra insensatos non tamen desistunt: ut: qui sordent, sordescant
adhuc. Et ut confirment opinionem: om̄is theologos veteres
hac labe nituntur inficere: de quorum dictis: qui ante determina
tionem ecclesiae scripserunt: quid sentiendū sit non ignoro. Faci
unt praeterea quaedam pessimis peiora. Tu vero ut facias quod
hortor: te cogat amor virginis: cuius te amatorē ex scriptis tuis
non dubito. Digna nanq; est: propter quam neruos intendas.

Quod si me tanto non dignaris munere: aede saltem. Veniet p
culdubio tādē ad me: sicut et caetera. Vale: et me mutuo ama
Treptonij Pomeraniae opido: nono kalē. Maij. An. M. d. Xij.
C ij

Joānes Bugenhagenius Lectori.

Quicūq; hanc legetis epistolam. q̄ vebemēter possum
te et hortor et obsecro. ne male suspiceris me de Alber
to magno doctrina vix alicui secundo. aut de Bonauē
tura sentire: quos aperte doctissimos in epistola dixerim. At quo
tempore scripsi. eorum solummodo mihi oīo nō doctrina displi
cuit. Vale lector amice. Ex Treptouia Pomeranie Calēdis sepe
tembribus. Anno Christi. M. d. xv.

Joannes Burmellius Joāni Bug
enhagenio suo Sa. plu. dicit.

Litterae tue sane quā literate magno mihi gaudio Joā
nes hūanissime fuerūt. nō tā q̄ nomē meū istic nō cōtē
ni: quā q̄ hūanitat] studia in istis q̄ Germaniae p̄tibus
florere et tuū in me animū beneuolētia pp̄sum esse cognouerim.
hoc at frōti mee ruborē nō immittere nō potuit: nimias te cōges
sisse laudes: quas eqdē in me nō agnosco: nec recipio: sed eo vñ. p
fectae sunt remitto. Neq; tñ eas studio assentādi abs te viro gra
ui effusas suspicor: q̄m te reor dulci q̄dā cōiū studioꝝ amore duc
tū talia scripsisse: et fama (vt igenue q̄m fatear) nō nihil deceptū:
quae his addere falsa Gaudet: et e minima sua p̄ mēdatia crescit
Solēt em̄ plerūq; discipuli (nec hoc pietat] eorū officiū ip̄robaue
rīm). mḡos: q̄b̄ opā dederit: laudib̄ extollere: eorūq; noīa red
dere celebrīora. Un̄ factū nouim̄: vt auditores q̄dā nomē meū lō
ge ampli⁹ eq̄ ap̄d te p̄dicarit. vep̄ his nūc omīssis veli posthac ad
me scriptur̄. frōti mee parcas: istiusmōiq; laudatōib̄ imodici] su

psedeas: (id qđ iā ē fecisti) p eplaz mecū de lris agas. **Q**uid. nō
dulci: grati: aut mag] fructuosuz: quā studiosos bonaz artiū bo
mies lřario cōmertio eruditos cedere sermōes: et absentes ac vř
lōgiusculo frarū fluminūq; aut maris iteruallo separatos: qđ pñō
tes de reb' honestissimis pfabulari: **U**nū ē qđ in hac re nō paruo
me dolore afficit: nō tā mihi bñ rñdēdi facultatē suppetere. quam
animū: nec triuialib' occupato laborib' philosophandi tps datū:
vt paulo accurati' ea quae nup mihi dubia pposuisti: explicarem
Digna pfecto sunt: quae examussim discutiant' v'bis plib' tracta
tuq; longiori. **Q**uoz pmū **P**latonis qđē doctrinā mihi redolere
videf i **T**imeo scribēt] bonitate dei tā volūtariē quā naturalr ex
huberāt: 7 imaginē i de pducta mūdū p̄stare vnīuersuz **H**ic (ni fal
lor) summa rerū. i. vnīuersitas accipiēda: vř de simplici duplex:
hoc ē ex vnitate diuine bonitat] iā i eā eiusq; imaginē seu simulaz
chū diuisa vř de duplici simplex. i. ex eiusmōi sectiōe i diuīe bōita
tis seu volūtāt] vnitatē r̄uoluta: 7 gubernat: 7 p̄tinet totū. **P**orro
i alfo recte tu qđē sentis aliqđ depuatū. nā p̄ amittere legēdū ē a
dimittere. **S**z qđ mō ex ligue ipedimēto audit' obstruat: nos tecū
dubitam'. **A**ristoteles in pblemat] sectiōe vñdecima docet: cur
audit' maxie ab ortu nature offendī possit. aitq; auditū 7 vocē ab
eodē initio pficisci. **A**lbert' itē libro de aīalib' xij. dicit viā quādā
esse inter aurē 7 palatū nō manifestā ppter qđ etiā ab acut] sonis
dētes cōcuti ait. **S**ed mutos obsurdescere nō ausim affirmare. **I**
lud nō ausim ab ortu nature surdos voces articulatas pnūtiare
nō posse: qđ tñ ex **H**erodoti historia min' vex fortasse fueris suspi
cat'. **S**z alias plura: cū plus ocū nact' fuero. **J**oānis Stetinēsis

cul has literas tibi reddēdas dedi: indolē. studiū hūanitatē: et
scribēdi venā mirū in modū. pbo: qui si eo quo coepit itinere pe-
rexit: nō dubito in Pomerania q̄ musarū choros cū Apolline sal-
turos. Quod vero certior a me fieri cupis: q̄ hui⁹ aetate] phōiū
et theologorū q̄b⁹ anteferēdi sint tamen: id arbitriū nimis quā im-
pudēter mihi arrogē: vix illius memor adagū. Ne ultra crepidas
sutor: sniam meā sic accipe. Duo hac aetate clarissimi p̄blosophi
theologi q̄: et qui p̄xie ad veteres accedūt: meo iudicio sunt Joā-
nes Franciscus Picus comes Mirandulanus: qui variae doc-
trinae multa scripsit opera: inter quae tres hymnos heroicos cum
eruditōis recōditissima cōmētarijs: et Jacobus Faber Stapu-
lensis. qui i Aristotelis plerosq̄ libros: carmina Davidis: et Pauli
Tharsensis epistolas cōmētarios scripsit. his addo Charolū Bo-
nullū: et Capnionē P̄horcēsem. scribēdi autē caractere et eloq̄ntia
grecorūq̄ interpretatōe librorū Erasmi Roterodam⁹: et hic nō cōtē-
nēdus theolog⁹ cedit nemī. Ceterū optie maxie h̄gis laudes (ad
q̄d me op⁹ p̄ie adhortaris) sane quā libēs canerē: si pectore vitij
expiato illa me suo dignaret p̄ocinio: eēmq̄ min⁹ i ludo triviali
occupat⁹ vale vir doctissime Georgiūq̄ hypodidascalū tuum: et
Gerardū fratrem meo nomine salutato.

Hermānus Buschi⁹ Pasiphil⁹ in-
genuarū artū et toti⁹ hūanitatē p̄sultissimo mḡo Joā. Mur. suo.

Per quā gratū mihi fecisti eruditissime Murmelli: q̄d i
tā diuturno: atq̄ etiā (vt mihi videbas) obstinato silē-
tio: s̄a semel tādē velut postlimio inf̄ fari tua ap̄d me cepit epl̄a de
cimaridēs meas: et i Prudētij p̄sychomachian cōmētariū: q̄ studio
se iuuetuti non n̄bil allatura commodi affirmas: per fecissem iam

et inuulganda mor curassem : nisi officialis ecclesiastici assiduus p̄
cibus fatigatus : recepissem me facturū in proxima synodo hic ad
frequentē clerū ex more orationē. **E**a res editionē moram attulit
quo mūere quum primū fuero defunctus: operi iā diu intermisso
inmo pene omisso denuo ⁊ alacrius accingar: nec quiescā nisi p̄o
sum meū hoc tibi absolutū effecero. **D**e **J**oāne Capnione **P**hor
censi quid sperem nescio. **L**egi em̄ publice p̄posita in sacra ep̄ipha
nia hic aduersus illū edicta impatoria. **Q**uibus sub grauissimis
poenis: eius opuscula (p̄sertim e quibus improbatae sunt illae a
theologis cōclusiunculae) vendi aut imprimi vetant̄. **V**ellem
tantus vir recutitā gentē: aut om̄ino non: aut certe caut̄ sibi tuē
dam recepisset. **V**ale: ⁊ **R**odolphū **L**angiū cum **P**etro **A**quēsi
saluta verbis meis diligēter: **C**olonie festinātī calamo. viij. idus
Januarij.

Georgius **S**palatinus **J**oanni
Murmellio **R**u. suo. salu. plu.

Rem mihi gratissimā fecit noster **O**tto **B**egmānus vir
pari integritate: eruditione et eloquentia ornatissimus
Murmelli humanissime: quod istuc in **W**estphaliam
et verā **S**axoniā p̄fecturus me rogarit: vt ad te scriberē **I**git̄ quāuis
occupatioz: quā vt vacarē ad scribendū tñ statim scripturū polli
citus: scripsi vtcūq; licuit alijs rebus impedito. **T**um vt intellige
res. **O**ttone sicut tuū ita meum esse amicū: tum vt simul agerem
tibi gratias p̄ tua beneficētia ⁊ quod rogatu **O**ttonis nostrū **C**us
pinianū scazontibus: ⁊ elegiaco encomiastico ornasti: virum doc
tissimū: aplissimū: ⁊ **D**iuo **M**ax. **A**emiliāo. **R**o. **C**aesa. carissimū.

Quod igitur reliquum est: tibi gratias et habeo et ago plurimas pro
tua in tantum virum et in me beniuolentia. Neque enim minus in
meipsum: quam in hominem istud beneficium collatum puto. Eoque
vehementius quod utrumque carmen tuum ita purum: putum: ita defecatum
ita nitidum est: et elegans: ita amabile: ut dignum sit vel ipso Apolo
line: nedum eruditis auribus. Itaque summa cum voluptate adcep-
tum saepe relegi: primo quoque nuncio in Pannoniam Cuspiniano
transmissurus. Qui ut est vir optimus: humanissimusque dubio
procul tuam humanitatem admirabitur: et quod ab eo tot regionum
intercapedine remotus: tamen tanto beneficio parum secedis. In-
terim oro: ut me ut amicissimo utaris: tuique studiosissimo: et ut
Ottone nostrum impetras antiquitate: si quam habes praecipuam
et egregiam de piscis Saxonum regibus et gestis: praecipue que ad
Quidecinum illum tam rebus maximis quam cognomine magnam: et ad
eius posteritatem: et progenitores pertinet. Mirum enim est: quam
haec scire cupiam: pro communi gloria et dignitate. Saxoniae et diui
Foederici nostri Principis electoris ducis Saxonum optimi: max-
imi: sapientissimi. Qui id ipsum in annales suos referendum curabit. Va-
le mihi iucundissime Durmelli: et extemporaliter epistolam hanc aequo bo-
nique consale. Prestare enim id non potui occupatus: quod Otto petiuit:
ut diligenter scriberem: secutus eum qui scripsit: negligentiam inte-
rim pro cultu esse: contentus tuo amore et studio: et te alterum me
futurum. et (ut est apud Homerum) ita mihi carum ut ἰσον ἐμκεφαλι
Raptissime ex arce Quidtbergenensi Nonis Julij. M. D. Xij.
Frater Humoldus Carthusianus
Joanni Durmellio S. P. di.

Gloriari mecum ipse non mediocriter vir doctissime so-
Sleo: quod post varios et multos (quibus ego puer quon-
dam imbuebar) barbarissimos explosos: is demum in
Uestphalia studiorum ardor succreuerit: ut que longa vetustatis
negligentia deperierat: non solum iam redierint: sed dulcissimos
etiam fructus acdiderint. Non grammatica non poetica: non ora-
toria (de caeteris disciplinis taceo) usque supererant: sed foeda
submerserat barbaries omnia. Verum presenti tempore studium
literarium: quo doceri iuuentus solet: in priscum florem licet redierit:
quod in id studium in integrum restituendum pene doctissimorum quorumque inge-
nia conspirauerit: dolere tamen non nihil soleo (venia et pace tua loquor)
quod poeticis opusculis: quae copiose ac doctissime in scholis iuuentuti
leguntur: non admodum vehementer pretenedi mundi: et petende religionis
calcar inesse viderim. Nam id calcar dictis opusculis si inesset: nihil
deo gratius fieri posset: et iuuentus mundi inquametis abrepta: reli-
gioni passim sese dedicaret. Quare ut et de mundi vanitate: et de
mortis acerbitate: et de saluandorum paucitate: et de infernalium poe-
narum perpetuitate: et de gaudiorum celestium foelicitate: et de religionis
fructuositate: iuxta datam a deo tibi sapientiam: vel prose vel carmine
libellum cudas: te docte vir: et hortor: et precor: et obsecro. Nihil uti-
lius facere poteris. quam ut ista in re dei in animarum salute procuranda
coopatorum te prebeas: ac per hoc infinitam et inenarrabilem in celo mer-
cedem tibi consequaris. A plerisque ex theologorum grege dicta res copio-
sissime tractatas esse: haud inficias eo. Verum ut rhetorico stylo
et poeticum in modum abs te iuuentuti legenda tradantur: iterum atque iterum
te hortor et precor. Caeterum quem proximo exacto mense nostra in domo so-

rois filium tibi cōmendabā **Uuinandū Burenū** nepotem meū
et audito: ē tuū: eum ipsum iam denuo (si tñ **M**onasterij gradū
adhuc figat) diligētissime tibi cōmendo. **S**ed et pcurator noster
harū tabellariū **O**ttone non minore cura tibi cōmendat. **S**pera-
mus te doctor ac duce: breui posthac dictos iuuenes habiles fore
vt **P**latonis snia ab ea ciuitate: in qua expēsae plures sunt lucris
z mali plures bonis: eripiant z religiosoz militie ascribant. **U**a-
le ex **C**arthusianozū monasterio **R**uremūdae Anno. **M. D.** quaz
to kalendas **N**ouembriis.

Hermānus Buschius Pasiphilus
cōmuniū studiosozū cultor **J**oanni **M**urmellio.

Alue **M**urmelli. **S**i sospes ad **M**onasteriē seis tuos:
cōfecta pegrinatōe: redijsti: gratulor tibi: vt amico
par est. **N**on putauī te: postq̄ apud me prandisti nuper
mansurū nobiscū tam diu. cōuenissem enim te sepius interim: si
putassem. **S**ed tu me ignaro: resististi (vt audio) amplius qua-
tridū postea **C**olonie. noua spe: aut fiducia corrigēdi barbariem
loci. **C**itius celū ruerit: quā quis istuc mortalīs puicerit: **N**ullus
terrūcius aeque vilis est his cynicis: atq; nos sumus **N**eq; q̄c̄q;
plus humani habēt: quā vulturij siluestres. **P**roinde frustra eis
palpaueris: aut gratificari te posse speraueris: **N**eq; si me audias
in animū vnq̄ induxeris: te apud cygnos. et vlulas: eodem loco
futurū: licet post discessum tuū cum iam securus erat iniuriae. si-
mularit (vt dicitur) poenitentia tetrarcha vlularū. **S**atis tenes
quid inuā. **U**t autem ad caput veniā huius epistolij mei ecquid
Murmelli memor. fuisti interibi (totus sum **P**lantinus nūc), cō-

munis amici nostri magistri **J**acobi quem tibi coram commendo
davi. Iterum te oro optimi hominis causa: ut ludum scolasticum:
quam potes commodissimum: ei inuestiges alicubi. Non videtur in
eo oppido: quod dixisti: satis commode futurus homo minime
malus: propter sacua ingenia eius populi: tum etiam propter
fortunam loci: quae mihi ad arma et seditiones spectare videtur.
Alibi potius ut sit: vel minore cum lucro: et securius: consulen-
dum iudico. Nam non tam lucri: quam oculi et salutis rationem
habet: doctos viros: et literas colit: hoc studet unum. Nihil mi-
nus: quam auaritiam amat. Sententias et adagia ex **P**lauto stren-
nue nunc colligo. Spero nisi dijs aliter visum fuerit: me visurum
te **M**onasterij: vel citius: quam putaris: et professurum aliquid:
ob eam quoque causam fac serues istic mihi illud tuum: quod polo-
licitus: auditorium: et vale. **E**x edibus meis **C**olonie xvij. ka-
lendas septembreis.

Hermannus **T**orrentinus

Joanni **M**urnellio.

Henricus **A**lmelensis hypodidasculus tuus: et tuo no-
Hmine saluere me iussit. et quod literas ad me non dedisses:
excusauit. Addidit praeterea quod amice de nobis et opus-
culis nostris sentires. Quamobrem mihi **J**oanes ingentis tibi gra-
tias ago: quod tanta me benevolentia complecteris: cui nullis es ob-
strictus officijs. Utinam faxit deus: ut aliquando meritas grates
tibi referam. Interea scias velim nos in amore tibi respondere. **P**
viribus: et dum fata sinent: celeberrimum alioqui nomen tuum

Di

docta per ora vulgabimus : et quantis poterimus laudibus esse
remus. Elegie tue non mihi solum : sed multis quoque doctis ho-
minibus plurimum probantur : et miris laudibus extollunt. Quas
tamen interpretandi facultas hactenus mihi negata est. Vellent
autem ne tua vena aurea situ torpescat : aliquorum diuorum et pre-
cipue Joannis euangeliste paenas quouis canendi genere pange-
res : vt non solum humanas : verum etiam diuinas laudes repo-
tares : et celestem lauream referres. Sententiam meam tenes. Di-
uino isto ingenio tuo quoad licebit : foeliciter vttere : nosque vt fa-
cis : mutuo dilige longum vale Sycambroium decus eximium.

Joanes Cesarius Murnellio

suo S. P. D.

Quod mihi non respondes literis tuis elegantissimis que
quidam expecto presertim cum ad te iam bis scripserim.
Suspicionem plane mihi ingerit non parua alienati animi
a me tui Tamen excusabis fortassis vt alij plerique omnes qui in
scribendo pigriores probantur : que infinitis pene laboribus obnox-
ius implicitusque sis etiam singulis quibusque diebus Esto velim
tamen literam mitteres si non literas. Imo et literas mittere plu-
res : quas nisi prope diem miseris indicam proisus bellum tibi tanquam
diu te lacessere conabor : donec prouocatus ad arma perisilias Ar-
ma tamen non ea que Vulcanus fabricatur : sed quae Minerua
potius instruit Sperabam omnino futurum vt si in presentia con-
uersatione mutua frui nobis non liceret animis tamen non abesse-
semus. Quod qua alia via commodius efficere poterimus haud
scio : quam literis ipsis que absentes quasi presentes esse faciunt. Res

liquū est vt si in greca literatura aliqd possim: meā operā nō despi-
cias. possum fortassis aliqd: qđ aut possim: id tuū putas.

Vale Colonie duodecimo kalendas **J**anuarías **I**nsup egregiū
Rodolphum **L**angium patronum plane studiorum nostrorū dig-
nissimū meo nomine saluta. **V**ale item et me ama vt facis.

Jacobus Montanus Spirensis

Joanni **M**urmellio suo. **S. d. p.**

Tu nunc laetus incolumem te esse audio: qđ antea tri-
Stis pestilentia infectum falso acceperā. **I**ta multa ppe-
ram de amicorum valitudine narrant: quae si aliter qđ
veritas habet accepta tñ angoris inijcere possunt: facile quid ho-
comperta efficere queant declarant. **I**taq; gratulor, tibi perinde
atq; in viuacissimam sanitatem restituto: non vt adhuc integris
viribus gaudenti. **I**ta enim stili formanda est ratio: vt animi ge-
stientis motus impellit. **P**roinde etsi malim incolumem te qđ re-
stitutum scire: semp; audire. non possum tamen in presentiarum
secus atq; saucius falso rumore affectus dictat pscubere. **S**cinus
plerumq; quid melius per rationem fieri debeat: sed tamē aliud
agimus impulsu rapiatq; rei presentis impetu. **C**uius sepe nūero
tanta vis est: vt ab cursu prohibitus destinato. grauiora interdū
damna inferat rationem: qđ illa possit vtilitate longi temporis cō-
pensare. **E**rgo incolumis: da queso operam vti persistas **M**alo
enim viuentis epigramma: qđ mortuo epitaphium componere.
Vale in **C**hristo **J**esu feliciter amantissime **M**urmelli: meq; vt
facis ama **E**x **E**rphordia. xi. kalendas **M**artias. **A**nno salutis
nostre. **M. D. xij.**

D ij

Joannes Cesarius Murmellio

suo salutem dicit plurimam.

Aud dubito te expectare pene in horas semper ut mit-
tam tandem tibi libellum, pmissum. **B**oetij de consola-
tione philosophie. **E**cce mitto cum nunc tibi ratus ta-
men me simul promissioni satisfacturum quod quod tardius quam et ego de-
bebam et tu expectabas. **M**issem autem iam antea diu sed de-
erat cui commissem, certus et fidelis nuntius. **S**i est quod aliud
insuper a me velis: scribito et si quid potero ac possum tam certe
paratum me inuenies quam tu fortassis cupias. **D**etineo apud me dia-
logos tuos **L**uciani **A**rtamen ubi repetieris: mittam incunctan-
ter. **U**num miro: de **T**umanno nostro quod cum alias proposuisset
mibi de reditu meo ad vos istic grecam gramaticam legerem.
nihil mihi interea scribit vtrum cordi adhuc eius sedeat huiusmo-
di propositum. **N**am ego curavi ut exemplaria ex **P**arisijis apo-
portarentur circiter tricenta. **I**taque si ac mea non tam spe quam opinio-
ne fallerem: partim infamiam, partim damnum non paruum incur-
rerem. **T**u igitur mi **M**urmelli huius rei aliquanto accuratius cu-
ram geras rogo ne in illa pericula ita incaute prolabi me contino-
gat. **S**pero autem fore ut si ad vos rediero: non nihil fructus al-
laturus sim in hac greca literatura. **Q**uare si fieri posset (potest autem
per te maxime) vellem vni discipuli imprimis tui et si qui alij non
spernerent: ad prima illius lingue rudimenta hoc est elemento-
rum cognitionem tantum admonerent. **T**anto siquidem facilius
ad reliqua per me institui poterunt. **Q**uod si tamen altius tractare

aliquid non grauaeris : erit sane id mihi q̄ gratissimū. **N**ollem
autem (sic mihi crede) te qui tot (vt audio) lectionibus indies
simpliciter : es mea causa molestius grauari. **T**amen si quid mea
causa feceris uti facies : curabo sedulo par pari referre. **V**ale. **C**
lonie ex edibus nostris pridie **I**dius **J**unias.

Joannes **C**esarus **J**uliacensis

Murmellio suo **S**alu.

Quia intelligo ex literis tuis **M**urmelli amatissime te
q̄ mihi acceptū oīno referre (qua quidem in re ingenū
tate animi tui etiam agnosco) q̄ prima græce literature
rudimenta a me didiceris : ob idq̄ ipsum gratias agere non solū
in presens mihi : sed et polliceri relaturum quoq̄ alias ubi amo
plior tibi fortuna ariserit incredibile est quantam mihi spem inie
ceris de te ipse firmissimam post hac inter nos fore amicitia atq̄
hinc indies magis ac magis coalitura **U**nde certe euenit : vt nec
peniteat amplius me neq̄ pudeat istuc nup̄ adijisse eo consilio vt
prima dumtaxat elementa græcitat̄ disseminare inductus alioq̄
et persuasus haud consulto ab homine plane vt leuissimo ita for
didissimo. **C**ui q̄ plus etiam alijs omnibus auditoribus meis in
re ista prestiterim : non potero (dum viuam) dolorem ob id cō
ceptū deuorare satis. **T**am etsi plurimū me cōsolat̄ grata illa ani
mi erga me tui beneuolentia. **A**tq̄ adeo vt iam etiam pro nihilo
pene ducam : q̄ parum gratos (vt scribis mihi) sese exhibent
erga me nonnulli ex diatriba ista vestra preter magistrum **B**er
mannū aquensem : qui duos bornenses domino suo meo nomine
D ij

vti persolueret admonitus : sponte mihi recepit id se facturū. nec
dubito fecisse. preterea non iniucundum solatium idem mihi preo
buit cum istic agerem. **Q**uinetiam vt de caeteris taceam : excep
to tamen lectore sexti ordinis qui cum nihil pro lectōne adhuc de
derit neq; curet fortassis dare quicq; : nebuloni mihi similior vi
detur q̄ vt tante classis socius annumeret : sed sequitur puto ex
emplum ducis sui non etiam paruum mihi admirationem inge
rit magister **J**oannes **B**agemannus qui vt audio plus interea lu
cri posteaq; istuc abij assecutus est tradendo alijs eandem quam a
me acceperat institutionem in grecis : q̄ ego qui cum tanto tem
pore moratus istic fuerim vix tamen tantum superlucratus fuerā
vt viaticū equaret. **T**estis huius mihi erit mgr̄ **H**enricus medici
ne doctor a q̄ in discessu coact^o oīno sui duos hornēseis mutuo ac
cipene in itinere cū puero meo deficerē. **P**roīdeq; nūc tāto magi
miroz de ipso qui cū estate supiore promississet mihi simul cū ma
gistro **H**ermāno aquensi petasones duos singuli (nescio an recte
ita appellauerim) tñ nec in hoc q̄ cōstantiā 7 pbare possum **S**ed
qd̄ his immozoz sordidīs 7 lrato p̄sus hoīe idignīs **D**e **J**oanne
Renchlin viro sane extra oēm aleā doctissimo qd̄ petis vt scribas
aliqd̄ tibi : nihil ē qd̄ in p̄ntiarū scribere possim **E**xpecto indies
r̄sum 7 lr̄as a quodā ciue **N**urēbergēsi grece parif 7 latine admo
dum instituto tū sup hac re etiā tū sup alijs q̄buslibet mea ex par
te. **D**e his vbi certior factus fuero : p̄tinus tibi votoq; tuo satisfā
cere studebo **C**eterū egregius vir magister **R**odolphus **M**āgius
nō tā natalib^o clarus atq; generosus q̄ doctrinis 7 virtutibusq; insig
nis haud parū aduersum me (vt ex literis dñi **P**etri aquēsis p̄cio

pio) indignatus ē nec iniuria q̄ nup̄ istinc discedēs illū nō fuerim
allocutus vale dixerimq̄ p̄ merito dignitatis sue. **Q**ua in re tua
plane (vt video) opus ē mihi opa vti. s. huic tāto viro recōsilia
ri vtcūq̄ potuero et q̄dē q̄primū **Q**uod si impetraueris (impe-
trabis aut̄ spero facillime q̄ placabilis sit atq̄ vir in p̄mis mitissi-
mus hūanissimūq̄) scito nulla in re mihi gratificaturū z magis
ad p̄is **A**dibis itaq̄ illū ac dices (parce q̄d te mouere videoz)
me tū in animū iduxisse meū vt iā tā discessur̄ ad ip̄m veni prius
cōquererēq̄ meū casum vt q̄ parū istic lucri fecerā p̄ter spem
opinionemq̄ simulq̄ ozarem latus porci falliti, p̄ sua in oēs studi-
osos liberalitate mihi donaret atq̄ ita demū vale dicerē. **A**tq̄
auertit a p̄posito isto optimo pulcherimoq̄ me nescio q̄s malus
pudor. **S**ed tu velim boni cōsulas eūq̄ tū meo nomie q̄optie va-
lere iubeas. **E**t si q̄d est reliquū in quo tibi ego inseruire possum:
tū manda et scribe. **V**ale **C**olonie viij. idus **J**anuarías.

Bernardus Dursternus Joā. Mur.

In tua mihi hūanitas esset p̄ multis argumētis cognita
Net p̄specta: nō auderē vir doctissime meas ad te l̄as
scribere: q̄ppe q̄ in media barbarie nat̄ nihil plane p̄ter
q̄ barbare loq̄ didiceri. **P**otuerūt me **H**oratij poete v̄ba defreze
officio scribēdi: ne ille diu añq̄ nat̄ eēm notasse me videret: q̄n̄ di-
xit. **P**arturiūt mōtes nascef̄ ridicul̄ mus. **A**t ne nūc q̄dē sat̄ scio
q̄lē te sum ī meis l̄is cēsorē habitur̄: adeo apte meū erratū ip̄e in-
tueor: quāq̄ nescio limā adhibere. **S**ed mei tenuitatē ingenij vel
potius obscuritatē excusare diutius nolo: ne hoc ip̄m me ipediat.

Satis mihi in presentia est si inter asperos orationis mee amfrac-
tus impolitus sermo substiterit: modo ne cōtemnas: que scripsi
Ad rem ipsam accedo propius **A**dolescens iste qui meas tibi red-
didit litteras: honestis quidam sed pauperibus natus est paren-
tibus. **H**ic propter inopiam **C**olome aliquot annis seruiuit. **N**ūc
collecto vndiq; ab amicis comeatu eo tamen admodū paruo cu-
pit **M**onasterij in militia literaria stipendium mereri. **Q**uare qñ
me nouit tecum doctissimo viro habere noticiam: nescio an recte
dixero amicitia rogauit me: tibi vt se vellem cōmēdatum facere
Quamobrem te mi hūanissime vir oro atq; obsecro: vt (quoad
sine damno tuo erit) huic adolescenti quocunq; in loco poteris
faueas et prosis **S**cio autem te apud **M**onasterienses plurimum
posse propter singularem quam in te conspiciunt eruditionem.
Quod si ego te nequeo exorare: quia nullum vnq; apud te bene-
ficiū collocauit tamen hic homo sine vlla etiam commendatiōe
mea debet tibi esse cōmendatissimus: cum propter probitatem
et innocentiam suam: tum multo maxime propter **C**hristū **J**esum
deum nostrum optimum maximū: qui vt pauperibus subuentia-
mus nobis in lege ⁊ precepto reliquit **P**er illum ego te deum et
per tuam humanitatē iterum atq; iterum oro et obtestor: ne hec
in re difficilem te ostendere velis **A**dolescēs iste vt vides admo-
dum pauper est. probus tamē. **M**ultis indigebit et ad vnius ho-
spitij ferendum: et ad scholasticale precium quod vocant: atq; ad
reliqua que corpori sunt necessaria. **S**ed nec illud in vltimis ha-
bendum: si ad extra ordinarias lectiones que fieri solent: admitti
mereatur **E**o enim facilius citiusq; quam nunc aggredis rem cō

6
ficiet. In his si per te aliquantulum adiutus erit: magno quidam me
beneficio: sed maiori Christum deum: et teipso maximo affece-
ris. Nam si ille ut in euangelio est qui aque frigide haustum pro
nomine dei obtulit non priuabitur mercede sua. quid illi sperare im-
mo expectare debent: qui plurima pietatis opa erga Christi pau-
peres exercuere. Sed de hac re satis. Tue preterea intererit huma-
nitatis omne meum in hac epistola erratum quod libentissime mihi
ignoscere Deum qui omnia videt testor. nisi apud me plus cause
pietas quam verecundia mea valuisset: iam non commissem: ut in
epistulas meas ineptias tam clare in his literis conspiceres. Ue-
rebar ego ad te eruditissimum et doctissimum virum scribere. Verum
sanctius esse arbitratus sum in bonis operibus balbutire. quam peni-
tus reticere. Postremo nequaquam volo tuum lesisse animum: quod sin-
gulari ad te numero scribere non sum veritus. Hac enim solare cum
in alijs non potuerim volui esse antiquitati satisfactum. Que res
si te offendit: mihi ut pro tua humanitate id quoque ignoscas ob-
secro. Nunc tandem vale: neque si tua patitur humanitas inter ami-
cos tuos velim conueres. Iteque vale ex Colonia per quam celerrime.

Ad Joannem Murmellium Ru-

remundensem artium liberalium professorem

poetamque non minus grauem quam ele-

gantem Joannis Historij

Silueldensis

Elegia.

E i

Ultor Pierij salve doctissime fontis
Qui canis arguta carmina clara Chely
Dignus es in sacro vatium numerarier albo.
Et dignus tota posteritate coli
Jam tractas epico felicia plectra susurro
Jam lepido currit blanda elegia pede
En tua nunc latum crebrescit fama per orbem
Et docti laudant nunc tua scripta viri
Laruatos superat Durmellius arte poetas
Per claras vires hec tua fama volat.
Nos etenim multas dudum lustrauimus vires.
In quis te ingenti laude per astra ferunt
Sepius ipsa tuas narrant conuiuia laudes
Atq; tuum nomen prandia lauta sonant
Audiui quondam claros (te interprete) libros
Hi quoq; non modicum complacere mihi
Tu scis Romanos pulchre enucleare poetas
Arte tibi in tali maxima palma datur
Rhetoras Ausonie scis declarare disertos
Quorum verba scateant floribus innumeris
Ergo frequens ad te diuersis tendit ab oris
Turba volens studijs se redimire bonis
Sed quid ego ad tantum mitto mea carmina vatem
Vilia. que nullis sunt bene compta locis
Certe hec auersis scripti incomptissima musis
Tempore non omni Calliopea fauet

Tu tamen in longos vltus foeliciter annos

Gloria germani magna poeta soli.

Ulricus Huttenus equestri ordine

apud Francos germanos natus Joanni Mur. Rure.

Westphale Pieris dilecte Sororibus auctor
Cui facis Ismaria carmina digna Chely
Westphale Phebei venerande magister honoris.

Qui trabis in lusus tempora prima tuos.

Si iuuenem huttenum quisq; tibi nomine dixit

Que damus haud dubia carmina mente leges

Cogit Amor cogit doctorum cura virorum

Hunc hominem. Musas sollicitare tuas

Notus vt est illi facundi Carminis bestis

Utq; illum in cura Crotus Amicus habet

Trebeliusq; sagax: es magni Rhagius oris.

Ut grauis Aonie Ruffus amator aque.

Utq; alij norunt. sic te quoq; nosse decebit

Hoc cupit. et plenus estuat ille tui

Vidimus imparibus moralia scripta camentis

Quattuor ingenti commoditate libros.

Vidimus angelicam post hec tua scripta salutem

Atq; iterum magis florea ferta dee.

Pastoreumq; leui deductum carmen auena

Et tandem ex varijs edita multa locis

Quibus vnus honor; multa omnia laude placebant

E ij

D quota sum tante portio laudis ego.
Hec tu cum facias. cum fama sidera tangas.
Quid trahis ex Musis tedia forte meis?
Si tamen in studio nihil aspernabere nostro
Forte aliqua hic que te causa monebit erit

Joannis Murmelli Rurem-
densis ad clarissimum virum **Rodolphum**
Langium Hendecasyllabi.

Um iam munera missitent amici
Certatim memores sibi datorum
Et de se meritis referre grates
Ut cunq; studeant **Rodolphe Langi**
Illustris genere: cruditioe:
Ac mentis pietate singulari
Florens caucie dei sacerdos
Ne nostro videantur excidisse
Quae dum spiritus hos monebit artus.
Haerebunt animo in tuum clientem
Abs te munera saepe collocata
Viles caseolos duos remitto
Quos nec **Roma** dedit: **Ligus** nec ora
Non **Uestinus** ager: nec **Hybla** diues
Sed geas barbara victitans butyro
Non sum nescius ex amiculozum
Paupertate tuam benignitatem
Expectare nihil: nisi sereni

Cordis munera : candidaeq; mentis.

Quod par gratia non potest referri

καὶ θύμος ζηνωναριστος ἐστι.

Oblatam manibus rudis coloni

Persarum tyrio superbus ostro

Rex non spreuit aquam : deoq; multi

Mica lacteq; supplicant agrestes

Hinc te (cuius es acuitatis) aequi

Consultum ire boniq; fido : quamuis

Haec munuscula sint nimis minuta

Sed quid versiculis parum politis

Interpello sacrae libris vacantem

Scripturae : meditationibusq;

Immensa bonitate conditor is :

Qui nostre voluit salutis ergo

Nasci verus homo : patiq; mortem

Longum viue : valeq; perbeatus

In christo venerabilis sacerdos

Joānes Murmelli Epigramma.

Organa prisca nouis cedant. haec acta canorem

Multiugum reddunt flatibus. arte manu

Phystula nunc resonat. fera nunc audire videris

Tympana nunc credis concrepitare tubas

Argute referunt superum tibi carmina voces

Teristicae baratrum. classica iudicium

E 17

Hanc machinā musicam Joānes

confluentinus faciebat Anno a partu virginis. **M. D. xij.**

I Eiusdem in eandem sententiam.

Organa pulsa nouis cedant, haec tacta ministrant

Multiplicem digitis spiritibusq; sonum

Phystula nunc resonat: tibi nunc audire uideris

Tympana: nunc cantu concepitante iubas

Melliflue referunt coeli tibi gaudia uoces

Tartaron horrendae iudiciumq; tubae

Hoc musicum organū insignis mechanicus **Joannes**


Confluentinus faciebat. Anno ab ortu serua
toris. **M. D. xij.**

Impressum **A**pytzk per
Valentinum **S**chuman.

Hec exēplaria impēsis puidi uiri **Joānis** **H**eist biblio
pole **L**unenburchensis. emaculatissime impssa
sunt a quo ⁊ uenalia circumferunt. et
Lunenburchi uenum exponunt.

Ad **L**ectorem **D**istichon.

Si uaria **L**ector quidquam nouitate moueris
Quicquid **Joannes** **H**eist tibi uendit. eme.



[Faint, illegible handwritten text visible on the right edge of the page, likely from an adjacent page.]



Paraphrasen des heiligen Hieronymus über die Briefe des Paulus an die Römer und die Korinther

Hic opta
Beatus Hieronymus
epistolam Pauli ad
romanos paraphrasit
et ad corinthios
paraphrasit. In
his operibus
ostendit quod
lingua Latina
non solum
grammaticam
sed etiam
philosophiam
et doctrinam
peritiam
possidet.

**Beatus Hieronymus Hieronymus Be
lepari Bonas has profert 8. 10. 9.**

M

Orales p. Effandi epistolas mi hie
Zonime vero ad germanos inuen
tum vsum impressionem madadas dicit
quod viderem eas minime optata
conuenire iudicacionem. Nam habent in primis

epinua verborum elegantiam. nec minime
tenorand: quibus affatum scatur: cum
quoniam hic ingenuo adolefcentibus. no pauca
ad bene beatorum commendat. Quod
et hic amorem mulierum est: fugiendum et
voluptatium fugam ad sanctorum vitam. qz
maxime condicere. ut grecanos quodam re
fundo sapitur quem hie in modum hie

Paraphra
hic
directo et puz
saluacionem in
risptato qd pa
raphrasit. vero
interps qui non
traud ex tra sed
sensu ex sensu
traffert quas imp
ra loquitur dicitur
pro phetia et de pra
mptore puz

molans barbarus paraphrasi expressit.
Veneri pluma veng laude fugienda sequenti
dicit puz tempus: ang sumptu nihil pri
cosus est: per meritum non esse trasmittendum.
Vnum innumerorum malorum seminariu
impensissimum curandum. et id genus plurima:
qui oia effoluiens effandus in hie epistol
puz bialib: ac puz puz cum lepidi tum gra
uiter gplens est: qui et si in nonnullis opusculis

Handwritten marginal notes on the right side of the page.



Parrenia dif
finito genato est
dico modam dicitur
pouit qd poverem
Est ante poverem
ferme ad bene rem
gdnabit moderata
quada obferuari
mleda in se gminis
vtilitate

geminio postam mor lascivius sit hic
fame megru ac modestu orator agit ^{Christus poveritas} ~~Terentiu~~
non candidus licet adagia tua τὰς παροι
ut gree dicit: quadrante condimento roem
fidei hie nemp: immoderataq in ~~am~~
modum adis dicitur popinatoris utant ^{f adagio}
gustu hand grata roindaq reddent vltis
simili parte: si modus agit: ut tam splen
dorem ac ornatu q obferuataem sermone tuo

Vincit Licio
moderata in vlt
tum sicut in vltis
vltis optima esse
cipit Et horary in
sermone est mo
dus in dicitur sicut
si dicitur fuit d
nos vltis vltis
nequit q sicut dicitur
Et paphipus de
vltis in vltis
scite sapientia vltis in
moderataem vltis quod a modo moderat dicitur id in vltis sit dicitur vltis

affers. Ad dicitur vltis vltis saluata
vltis vltis inquit Aristoteles poveritas
Pliniano vltis: in om vltis vltis
vltis vltis poveritas vltis vltis
vltis vltis vltis vltis vltis
vltis vltis vltis vltis vltis
vltis vltis vltis vltis vltis
vltis vltis vltis vltis vltis
vltis vltis vltis vltis vltis
vltis vltis vltis vltis vltis
vltis vltis vltis vltis vltis



[Faint, mostly illegible handwritten text in the lower half of the page, likely bleed-through from the reverse side.]



1533 77

AB 1533 77

ULB Halle
002 403 617


3



56







B.I.G.

Farbkarte #13



Joānis Kur mellij Kuremundensis

Eplaru moraliu liber Almarie pamenolandie oppido compositus.

Famigeratoru aliquot Germanie viro ru epistole non illiterate cum nonnullis carminibus.



23 B1.

